



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1738. usque ad annum 1740

Fleury, Claude

Augustæ Vindelicorum, 1786

VD18 90119355

§. 33. Caroli VI. Imperatoris querulæ literæ ad exterorum Principum
Legatos.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67878](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-67878)

§. XXXIII.

*Caroli VI. Imperatoris querulæ literæ
ad exterorum Principum
Legatos.*

Ne vero Imperator sinistram de sua integritate suspicionem apud Fœderatos Principes incurreret, missis ad eorum Legatos encyclicis literis totam infausti tractatus seriem summa ingenuitate exposuit, retulitque, Wallium iterato Cæsaris jussu fuisse admonitum, ut prope Semandriam exercitu ad Moravam admoto hostem præveniret, ipsum vero Belgradi otiose substitisse, & tandem iteratis aliorum Belliducum querelis impulsum Kroskam processisse, ibi tamen prius jam Turcas opportuno loco castra posuisse: eum quoque iterato jussu fuisse, ut a Vezirio invasus, totum exercitum opponeret: quo tamen neglecto, nec expectato Neuper-giano agmine ipsum cum solis Equitibus & aliquot pyrabolariorum centuriis hostem loci opportunitate tutum contra omnes militiæ leges fuisse aggressum, & quamvis sex ferme millia partim cæsa, partim faucia fuissent, horum tamen jacturam per Neubergii copias refarciri, & reportata Panzovæ victoria funestis subsequens malis adhuc oc-

Sæc. XVI.
A. C. 1739.

curri potuisse, nisi Wallius contra Bel-
liducum sententiam cum exercitu Vi-
palacham usque processisset: sinistris
hisce successibus Viennæ in belli Se-
natu obviari non potuisse; eoquod
Wallius nunquam adæquatum respon-
sum ad transmissa mandata dedisset,
& diversæ ejusdem relationes nunquam
sibi cohæsisserent: gravius autem ab ipso
fuisse peccatum, dum nulla agendi fa-
cultate instructus cum hoste de pace ex
proprio arbitrio & contra diserta man-
data egisset: eapropter Cæsarem fuisse
coactum, ut inhibita Wallio potestate
conficiendæ pacis negotium Neupergero
demandaret, priusquam vero hujus
subrogatio facta fuisset, jamjam Wal-
lium proprio motu Comitem Grosium
sæpius ad Vezirium ablegasse, & cum
eo præcipue circa Belgradum indecen-
tes ac plane noxias consultationes fo-
visse, imo die secunda Augusti datis non
ad Cæsarem nec ad belli Senatum,
sed ad privatos literis sæpius significasse,
actum de Belgrado, & militibus & Bel-
liducibus animo concidentibus nil su-
peresse, nisi ut pax Belgradi deditio-
ne quantocyus redimeretur: tandem vero
illum id ipsum etiam ad Cæsarem aucto-
ritate nimium periculo perscripsisse: hunc
ergo mox de opportunis conservandæ
Urbis mediis cum Succovio Gubernatore

tore egisse, sed ab hoc nullum, & a Sæc. XVIII.
 ceteris Belliducibus nonnisi tardum ni- A. C. 1739.
 mis, nempe decima quarta Augusti die,
 responsum fuisse datum: Cæsarem vero
 duntaxat pro eo casu, quo adhibitis
 omnibus omnino mediis Belgradum
 conservari haud posset, Comiti Neu-
 bergio circa aliqua tantummodo eo-
 rum, quæ proh dolor! ipse Turcis jam
 addixisset, paciscendi facultatem de-
 disse, hunc nihilominus Cæsare incon-
 sulto, & nec explorata ejus sententia
 jam decima octava ejusdem Mensis die
 ad ipsa Turcarum castra processisse, &
 nequidem, ut propriæ suæ libertati ac
 securitati prospiceret, obsides petiisse:
 quæ autem vel ante, vel in ipso con-
 gressu acta fuissent, Cæsarem adhuc-
 dum ignorare, solum quoque Comitem
 Wallium eadem die velut per transen-
 nam temerarium hoc facinus perscri-
 psisse, adeo, ut re jam confecta reme-
 dium opponi haud ultra posset: Suc-
 covium tamen die decima quarta Au-
 gusti significasse, Belgradum (de quo
 tamen Wallius conclamatum esse, jam
 die duodecima perscripserat) per totum
 Septembrem propugnari posse, dum-
 modo exercitus Semlini castra poneret,
 & ne hostis Savum trajicere posset, præ-
 pedirét: Eapropter non modo a Cæsare
 Wallio demandatum, ut cum toto
 exer-

Sæc. XVIII.

A. C. 1739.

exercitu Semlinum contenderet, sed etiam Neupergio die vigesima tertia Augusti injunctum, ne, priusquam de Belgradi statu cum Succovio egisset, cum Turcis de pace ageret; proin facultatem Neupergio datam ad solum extremæ necessitatis casum fuisse restricta, nilque amplius concessum, quam, ut sicuti elapsa hyeme inter Belliduces jam convenerat, Orsavam solo æquari pacisceretur, tota Servia usque ad Moravam Cæsaris Imperio relicta: Neupergium tamen toto illo tempore, quo in Turcarum castris magis captivum quam Ministrum egit, de acti- tatis cum Vezirio nec syllabam ad Cæsarem vel Bellicum Senatam perscrip- pisse, sed duntaxat informem præli- minarium ideam die secunda Septem- bris transmisisse: quo comperto Cæsarem die trigesima prima Augusti lite- ras, indignationis justissimæ testes ad Neupergium dedisse, his tamen insu- perhabitis tam Wallium quam Neuper- gium pactorum executionem maturasse, quamvis Cæsaris inhibitionem jam re- cepissent, priusquam terminus execu- tionis præfixus & quidem ante ratifica- tionem (quod nunquam hucusque au- ditum) præterfluxisset. Cæsarem pri- mum die secunda Septembris a Mar- chione Villanovano edoctum fuisse, quod

quod Neupergius prætergressis mandati finibus, ante omnia Belgradum munitionibus exuendum Turcis obtulisset, quamvis hic Legatus Cæsarem hoc consilium omnino detestari, sæpius Turcis inculcasset. Eapropter Imperatorem ex Ministerii sui consilio compulsam fuisse, ut omnem Neupergio paciscendi facultatem adimeret. Verum aut incassum, aut nimis sero id actum; Neupergium enim jam octavo post adventum suum die pacis præliminaria conclusisse ac subsignasse, Turcisque unam Urbis portam jam aperuisse, præscripto etiam executionis termino arctiori, quam ut Cæsar rem edoctus, reclamare potuisset.

His fusius expositis Imperator iterato inculcat, quod Belgradi Turcis dendi potestatem Neupergio dedisset, duntaxat in casum extremæ necessitatis, & vicissim eo pacto, ut Turcæ Orsavam solo æquarent, totumque Bannatum Cæsari cederent: hunc casum teste Gubernatore, & conscio ipso Neupergio adeo non existisse, ut a die decima quarta Augusti conservandæ Urbis spes semper accreverit, & Turcæ toto obfidionis tempore nullam notabilem muris ruinam intulissent, imo ipsum etiam Neupergium die vigesima octava Augusti clam ad Succovium perscripsisse.

in

Sæc. XVIII.
A. C. 1739.

Sæc. XVIII. in pertinaci obsefforum defensione fa-
A. C. 1739. lutem Belgradi, & honestam pacem
 consistere &c. Postea Cæsar prælimi-
 narium indignitatem ponderans, in
 Neupergium invehitur, eoquod Sabaci
 demolitionem pacisci quidem permiffus
 fuisset, ea tamen lege, ut viciffim Turcæ
 Orfavam salvo Belgrado demolirentur,
 ipse vero Orfavam in eo ftatu, quo nunc
 effet, integram Turcis concesserit, &
 fimul Sabacum unacum fuis munimen-
 tis reliquerit. Quæ vero in tertio at-
 ticulo circa Bosniam continerentur,
 ipse incio & nequidem fomniante Cæfare
 pactus fuisset: Wallachiæ autem celfio-
 nem annexam fuiffe huic conditioni fine
 qua non, fcilicet, ut Turcæ vias post
 Passarovicensem pacem recens fratas
 omnino demolirentur, ac nullo unquam
 tempore repararent, nec unquam Neu-
 pergio datam fuiffe potestatem, vel Ban-
 natum imminuendi vel Orfavam vete-
 rem cedendi.

Nil intimius autem Cæfaris animum
 afflixerat, quam quod Neupergius in-
 consulto ac incio Imperatore pro Bel-
 gradi demolitione quintam post sub-
 fcripta præliminaria diem, & pro exe-
 cutione tractatus definitivi decimum
 diem pactus fuerit, & Wallius ad fo-
 lam Neupergi voluntatem Belgrado e-
 vacuando, & unam portam Turcis a-
 periendo

periendo initium fecerit: Enim vero Imperator comperto, quod sibi adversus ea, quæ ejus Famuli contra sui Principis jussa & voluntatem præcipiti consilio pacti essent, reclamandi libertas fuisset prærepta; ob facti tamen indignitatem & damni gravitatem hæc conventa rejicere statuit; cum autem desuper mandata ad Neupergium dare pararet, eadem die decima Septembris mane acceptis literis percepit, ante præfixum etiam terminum jamjam pactorum executioni datum fuisse initium, proin Cæsari nil reliquum esse, quam ut illegitime acta, dura necessitate compulsus rata haberet, seque ea illibata fide servaturum polliceretur, simul tamen universo Orbi & præcipue Rufforum Autocratrici palam faceret, quod præliminares articulos, quos Neupergius non modo concessæ facultatis limites transgressus, sed contra ipsa etiam mandata directe agens pactus fuisset, omnino detestaretur, & quod solis ejus Ministris tam propudiosæ pacis culpa imputanda foret; de cetero autem hæc pacta post mutuam rati habitationem, invitus licet, integra tamen fide servare, ac suo tempore, quod æquum & justum fuerit, hanc in rem decernere paratus sit &c.

Sæc XVIII.
A. C. 1739.

§. XXXIV.